

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Septem psalmi poenitentiales

Hofmann, Caspar

Norimbergae, 1623

[urn:nbn:de:bsz:31-138667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138667)



72 A 53 77 R

SEPTEM
PSALMI POE-
NITENTIALES.

Carmine redditi

à
CASPARO HOFMANO
Philosoph. & Med. Doctore & Pro-
fessore in Academia Al-
torfina.



NORIMBERGÆ,
Typis HALBMAYERIANIS.

Anno Christi

M. DC. XXIII.

AK 5 an 72 A 5344R

CL. Viri

Dn. CHRISTOPHORO GIRSNERO,
Reip. Norimb. Primicerio, Dni: & Amico
meo plurimum honorando

S. P. D.



Felicè dicunt, quem nulla infomnia vexent,
Què benè cōpostus per opaca silèria noctis
Lectulus æternâ traducat pace quietum,
Dum totis sese formosa Aurora fenestris
Ingerat, & soliti vocet ad consuetâ laboris!

Non ego felicem, sed terq; quaterq; beatum,
Dicam qui tanto passum turbante tumultu,
Altertram dormire queat securus in aurem!
Non ego Mavortis queror intolerabile regnum.
(Nam divina malum hæctenus hæc clementiâ vertit.)
Hei mihi dira fames, nostris cervicibus hæret,
Perpetuoq; minans extrema pericla, neque ullo
Fine salus, prohibet pacatas ducere noctes.

Jamq; adeò nostris vox insonat auribus ista,
Aut mutata cutim; aut veteres migrate Coloni.
Usque adeò passim victus præcluditur omnis!
Et sit quem nunquam malè fausta, infomnia vexent!

Hæc ego dum pello, desperatisq; medelam
Conquiro rebus, Psalmorum hic nascitur ordo,
Quem, GIRSNERE, Tibi meliori nuncupo formâ,
Si modò tortè tuum scandunt quoq; publica lectum,
Damna, nec incerto tibi lapsant omnia casu.

Da DEUS, ut cœptus posthac FELICITER annus
Decurrat, redeatq; iterum pax aurea nobis!
Ah, præsta, DEUS, ah, mihi nos respice vultu!

T. A. obs.

Z^v Casp. Hofman f. Altorfij 1623.



SEPTEM PSALMI

POENITENTIALES.

VI.



*A*h DEUS, ah, noli vindictam

(sumere de me,

Dum furor in cursu tuus est, & ver-

bera suadet!

Ah DEUS, ah, noli colaphos nimis esse frequētes,

Dum furor in cursu tuus est, & verbera suadet!

Esto bonus, placidusq; mihi, DEUS optime, fonti,

Namq; mea sensim vires, sensimq; labascunt,

Et metus est, ne si dextrā lacerare cruentā

Porro velis me, jam considam vulnere in ipso.

Ah DEUS, ut miserē tabo sanieq; refertum

Corpus hebet, notusq; animi vigor abstulit omnis.

Nempe imas penetrat lethalis arundo medullas,

Nec tam tantillum superest in corpore sani.

Respice me DEUS, atq; inimicā retrabe dextram,

Respice me DEUS, auxiliūq; mihi citius affer,

Affer opem, medicamq; manūm bonitate paternā,

A 2

Ne

Ne dum cunctaris, linguat me spiritus iste.

*Hei mihi, trux hostis, misereri nescius hostis!
Ecce tibi, furvum jam jam proficiscor ad Orcum,
visne ibi futilibus tua facta insignia larvis
Cōmemorem? oh frustra! silet heic tua gloria passim.*

*Et qua finis erit? Gemitu tectum omne reple vi
Hactenus, assiduas turbat à mente querellas
Factans: quin stratū lacrymarum flumine inundat,
Dum vanis totas singultibus integro noctes.*

*Jamq; adeo siccis vox rauca in faucibus haeret,
Exhaustoq; oculos nec quicquam postulo aqua vim.
Hinc faciei decus omne perit, frontemq; serenam
Ruga senilis arat, jam tum juvenilibus annis.*

*In promptu causa est: furor hosticus agmine facto
Infundens sese, modò vi, modò fraude, doloq;
Præsentem intentat vario mihi crimine mortem.
Nam, qui defendat, longè sese abstinet à me.*

*Fallor? an auxilium cælo se ostendit ab alto.
Evohe, quo pectus mihi sentio ab igne calere?
Qua nova lux oculos perstringit? scilicet Ille
ILLE DEUS, cui vota fero, cui supplico, præstò est.*

*Ite procul, procul ite cruces, discedite flagra,
Quos DEUS ulcisci mea crimina fecerat. Ohe,
Nondū etiã fugitis? PATER EST, qui cadere NATUM
Jusserat, & modicâ contentus lite quiescit.*

Ite igitur furia. DEUS audit vota, precesq;

At

At vos carnifices pudor occuper, & pavor, ut ne
Ad tale officium sit fas rediisse lubido.

XXXII.

Quam bona, quam sua vis, tranquilla & com-
(moda vita est!

Si cui propitio condonet numine lapsus,
Et late obducto velo circumtegat apte

Ille Deus, culpis hominum miserescere quis cit!

Hæc proprio didici malo. Enim sub nube latere

Cum vellem, & studio peccata abscondere multo,

In speciem purus sceleris, vitaq; pudica:

Hei quantos egro sensi sub corde dolores!

Hinc tacite virus se didere corpus in omne

Cepit, & internas per vadere ad usq; medullas.

Nulla quies, nullus somnus mihi, nulla voluptas

Obiigit, in gemitu pernox & per dius hæsi.

Scilicet immitti tundebas verberere tergum,

Instando assidue, & laxando frena furori,

Ne mihi vel minimum superesset temporis (cheu!)

Quo possem aterna componere membra quieti.

Ac velut: latos cum Sirius ustulat agros,

Languida flaccidulo nutant sata cuspide: sic me,

Sic exuccarunt plagæ sine more ruentes,

Ut nihil in toto iam non sit corpore la sum.

Nunc ergo tandem melior sententia stabit,
 Narrabo DOMINO, nullis ambagibus usus,
 Absque omni furo, de plano est simplice vero
 Crimina, quae DOMINO commisi plurima passim.
 Ecce autem dum verso animo, dum cogito saltim:
 Ingenua erroris confessio, fraudibus ex pers,
 Placabit DOMINUM, veniamque merebitur ultro,
 Ultro dimittis culpam absolvisque reatu. (ter.

Ab bonitas memoranda piis, memoranda frequen-
 Omnibus, & votis nimium opportuna secundis,
 Quae freti possint multum ad versaria fata.
 Ridere, & sese fidam statione tueri!

Abstruar hoc portu, DEUS optime, maxime, sem-
 Ut vacuus cura, & vitio purgatus ab omni (per,
 Te venerer, te rite colam, te poplite adorem.
 Curvato, & merita tua nomina laude celebrem.

Sic ego: Sic DOMINUS, caelo respondit ab alto:
 Ne dubites, fili, tibi rebus in omnibus autor
 Certus ero, tibi dux oculorum luce praibo,
 Errabunda hominum ne te vestigia fallant.

At vos terrigenae, quae contradicere laudi est,
 Et vexare alios, amplexaremini utraque
 Tam raram pietatem! Et cur propellit is ultro?
 Cur vos indignos tali censeis amore?

Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta:
 Quan-

PSALMUS XXXVIII.

7

Quando hominum ritu tractari non voluisti,
Ut mulos & equos tractabit, & aralupatis
Contunder duris, lorisq; agitabit ahenis.

Sic est, quottidie sic vapulat impius omnis,
Iustitiam ut discat monitus, nec temnere JOV AM.
At pius omnis agit jucundum in floribus ævum
Corporis atque animi sublimis dotibus aptè.

Eja viri sancti, quos diligit ille JEHOVA,
Surgite, & ex imo mecum date jubila corde,
Eja viri insontes jam lati dicite mecum:
QVOD SUMUS, HOC DOMINI DE BONITATE
(SUMUS.

XXXVIII.

O DOMINE, ô DEUS, ô miserator maxime
(noli

Ah, noli nimium frenos laxare furori.

Ah, noli nimium gladto sævire minaci,

Quamvis justa Tibi (fateor) sit causa doloris!

Namque hærent toto tua spicula corpore passim,

Immiti jaculata manu, jaculata medullas

Usque imas, adèd nervo stridente ruebant

Et tu vis iterum plagas laniare cruentas?

O quoties animo speciem considero vultus,

A

Im.

PSALMUS XXXVIII.

Immanesq; hir quos, mortemq; necemq; minantes:
Horreo, & gelidus tremulos timor occupat artus,
Et solitum negat officium mihi pesq; manusq;.

Nec me causa latet. Scelerum terribima labe,
Fulmineamq; ciet divini numinis iram,
Et miserè miserum corpus totidem ictibus urget,
Quot furia ultrices pollutos crimine cadunt.

Hei, nimium crevit peccatum tristis acervus
Jamq; humeros ipsumq; caput superavit, ut Etna
Majus onus gestem scapulis renuentibus. Osi
Tantillum liceat tanto sub fasce quiesse!

Ah, quod tam lato pandunt se vulnera hiatu,
Vulnera continuum putri manantia tabo!
Ah, quod dejectis oculis & pectore fracto
Cernuus integros cogor transmittere soles!

Ah, quod consumpti lent à mihi tabe subinde
Deficiunt lumbi, laterumq; invicta potestas
Labitur, haud ullà reparabilis arte medentum!
Quem dicam me ipsum? Vivum spiramq; cadaver.

Hei mihi, qualis erat? quantum mutatus ab illo,
Qui si oliis Goliathi insignis & ense corusco
Cantabar populi quondam concordibus hymnis?
Et cur in tantis nunc horreo sordibus exes?

Sum lassus totis membris, cor angitur intus
Et secum dura deplorat nomina sortis,
Quid velit atque optet nosti, DEUS optime: namq;
Non

Non licet ire ultra, quam fert tua sancta voluntas.

At tu cunctaris, nec quid me denique fiat.

Curas. Ah! viden' ut tremulo cor palpitat astu?

Ah, viden' ut densis oculos nox atra tenebris

Obruit! ah, viden' ut sensim vis disperit omnis?

Hac ego dum patior, socii cum sanguine juncti

De longe afficiunt, nec me dignantur amico

Alloquio. Ast hostes coeunt in fœdera furtim

Ut me conficiant, vel vi, vel fraude, doloq.

Talia cernenti mihi, quem sensum esse putatis?

Nec tamen extremis ausum mutire labellis,

Desertamve fidem fugitivum prodero amici,

Hostilesve ausus sermone refellere docto.

Ergo, ubi spes non est in te spes una recumbit,

ODEUS, & stolidam jubet expectare salutem.

Nec frustra. Tua enim sunt propria talia dona.

A te, non quovis alio, bonus accipit omnis.

Nunc hæc una sedet pavido mihi pectore cura,

Nesors destituar, cum postulat exitus ingens.

Hei mihi quos plausus, quos turba inimica triumphos

Fingat, si voto caderem, rebusq. petitis! (rendis

Quid loquar? Ærumnis quam me natum esse fe-

Usque adeo semper casus casum excipit alter!

Nec queror ista mihi puro fieri, inq. nocenti:

Promerui & fateor (quin his graviora) libenter.

Ah quid in excelso compositos culmine honorum,

A s

Divi-

Divitiis video, populiq; favore potentes,
 Qui variis instructi armis, arte atq; Pelasgâ
 Exitium immerito, mortemq; minantur acerbam!
 Quog; magis doleam, primam statione cohortis
 Infestâ pandunt sese, quos facta benigna
 Conciliare mihi debebant perpetere fructu,
 Cur audent? quia recta probò, quia curva repello.
 Dexter ades, DEUS alme, mihi neu desere egenua,
 Dexter ades subito, nec gaudia differ in horas,
 In te quippe uno mea spes innisa recumbit,
 Te penes arbitrium est, & vis & norma juvandi.

LI.

A H, DEUS, ab, miserere mei, miserere pre-
 (cantis,
 Et (veluti quondam) mihi me respice vultu!
 Ab, DEUS, ab, scelerum sordes absterge cruentas,
 Ut bonitas sacris suadet memorata vetustis.
 Ah, miserere, DEUS miserator, & ablue leni
 Crimina nostra manu, ventosoq; abjice ponto.
 Nam fateor culpam, peccasse pigetq; pudetq;:
 Quin quoties animo factum subito, horreo totus.
 Hanc aded ob causam tibi me, DEUS optime sisto,
 Vni quippe Tibi deliqui perditus, ut si

Ver-

Verberibus mea terga velis lacerare cruentis,
Dixerit haud quisquam fieri hoc ab iudice iniquo.

Et quid ni fatear? Res est indigna probatu
Purus enim impuro de semine prodeat infans!
Intactum ve aliquis possit jactare pudorem,
Cui mens interior genitali sordet ab arvo!

Hanc nostri generis maculam, labemq; vetustam
Promo lubens. Nam te confessio libera multum
Delectat, verumq; cupis, verumq; requiris,
Oh, ut in occulto lai et hac sapientia vulgo!

Tolle, DEUS, tandem mea crimina, tolle reatum,
Ablue me cautè, ne qua mihi fortè supersint
Sordes, sed niteam formoso corpore totus,
Qualis Riphais latè nix lucet in arvis.

Ah, ah, percipiam vicina murmura vocis
Quà misero dices. Tibi sunt peccata remissa!
Tunc viro exsulto, & redeat vigor artubus illis,
Quem sibi confractis deposcunt ossa medullis.

Abjice vel tandem retrò delicta, nec usquam
Esse jube. At ne me vestigia lubrica forsan
Decipiant, animū hunc penitus renovare memento,
Flaminis atherii collustrans igne sequestro.

Sic ego supremi tutelâ numinis usus
Gaudebo solidum, solida omnia gaudia mecum,
Auxilio super elatus, dextrâq; potenti
Illius, qui me mirâ ratione gubernat.

Hæc

*Hac benefacta pio celebrabo sedulus ore,
Laudibus usque tuis intentus ut impia turba
Errorem agnoscat turpem, vitiisq; relictis
Ingrediatur iter, ME, ME erudiente, salutis.*

*Sic ubi illustratum me crimine cædis inique
(O DEUS, ô spes una mihi, ô DEUS anchora solus)
Absolves, magno pangam tibi carmina plausu,
Semper honos, nomenq; tuum, bonitasq; manebit.*

*At qui sum præardus, hebetq; in pectore san-
Sed neq; lingua satis firma est conatib. hisce, (quis,
Cor mihi fecundum præbe, linguamq; disertam,
Ut fluat in laudes, quodcunque in corpore vivit.*

*Novi equidem, quàm tenon casa oviumve
(bournve*

*Extajurent! quam non armenta incensa moreris!
Qua mihi causa fuit, cur hætenus esse quietus
Moluerim, quamvis non desit lata facultas.*

*Hæc tibi sacra placent, hæc tota mente probantur:
Cor benè contusum divina malleo ab ira,
Incudemq; super benè versum legis acutam,
Quod gemit, & veniam voto sibi perpete quarit.*

*Ec quando misera renovabis lapsa Sionis
Mœnia? & æterna firmabis fœdera pacis?
Tunc aras multo, castis de more juvencis
prestruent, gratiq; implebunt sidera fumo.*

CII. Ah,

CII.

AH, DOMINE, exaudi gemitus & vota
 clientis,

Respice, nec faciem misero mihi deme, vagoq;
 Amplius! Ah, patulas quin præbes oculus aures
 In tantis rerum turbis! discrimine tanto!

Ah, nolentis dubium me fallere spebus!
 Deficio, hâc ipsâ si non solaris in horâ.

Ecce tibi ut fumus, magnum per inane volutus
 Spectando perit, ætherias disiectus in auras:

Sic mea vota fugit flammante excocta Camino,
 Et mihi jam totis superest nil (crede) medulla
 Ossibus, usque ad cò me querquer a febris adussit!

Nec dubitem, dirum penetrata cordis ad ipsa
 Devenisse malum, tabescereq; intima sensim
 Viscera, vitalem penitus detosta liquorem,
 Ut solet æstivo tabescere tempore gramen,
 Cum curvâ sectum procumbit falce coloni.

Scilicet omnigenos despectat lingua sâpores,
 Et quos gustârîm satias capit alta ciborum.
 Hinc tenerum ex æstu corpus perit, ossa, cutisq;
 Totû est, quod cernis, sine succo & sanguine totum.

Ut sola ingeminat feræ noctua cantus,
 Tecta per, & sylvis horrentia saxa fragosis:

Ut

Ut turpem repetit loca per deserta cuculus
 Vocem, dum marens hominum consortia vitat :
 Ut viduus planctu proceram verberat ulmum,
 Cus aquam iuxta & cerealia semina turtur :
 Sic ego depositus, naso suspensus ad unco,
 Exceptus Sannis, contemptus ab omnibus unus,
 Perditus & pernox gemo ter miser, hei ! hei ! hei ! hei !

Interea sacram capiti dum spargo favillam
 Et malas lacrymis eterno fonte caducis
 Irrigo ; & ille cibus mihi fit (mirabile dictu) &
 Hæ potus. Tantum potuit mihi cive malorum
 Hei nimium gravis ira tuis, quæ deiecit alto,
 Quos calido possis gremio fovisse & ideri !

Et meminisse juvat me temporis acti,
 Rebus in humanis cum partes ipse tuerer
 Haud minimas, quas vulgus obit : sed recta superba,
 Et cumulos aris, & quicquid mundus adorat.
 Nunc perière simul cuncta, & modè sibiula restat,
 Hoc fuit, hoc factu p est, veluti cum gramen in arvis
 Dicunt forte fuisse. Hæc sunt mortalia nempe !

At tu perpetuis duras immobilis annis,
 Nec quidquam sibi tempus edax desiderat in te.
 Factaq, queis famam diffundis in extrema mundi.
 Et quoniam tenuis hæc vulgandis laudibus istis
 Nullus in orbe locus Solymis praluxit amœnis :
 Tempus adest, ob, tempus adest, quò deniq, surgas,

Et

Et memor antiquæ pietatis, celsa Sionis
 Mania restituas. Viden^{us} ut tibi turba fidelis
 Assurgens, fremituq^{ue} probet, quæ proloquor, uno?
 Nemo ex hoc numero est, quæ non velit ipse suis
 Subvectare humeris vel grandia saxa, vel ornos
 Detonsis, pieceas verudes, cementave crudas,
 Et quicquid fabricam possit sibi dadala cura.

Tunc gentes quæ se non nôrant, protenus omnes
 Exilient, nomenq^{ue} tuum reverenter habebunt
 At reges quot quot sunt, ullibi, multa patriabunt,
 Inq^{ue} tuas laudes, majestatemq^{ue} verendam,

Eccè tibi (dicent) jam propugnacula surgunt
 Diruta, quod dudum si mens non leva fuisset,
 Fas erat expectasse? DEUS, DEUS ista Sionis
 Efficit, & nobis manifestâ in luce videndum
 Exhibet æterni splendorem nominis. Eja
 Quid stamus miseri? quæ nos tam scæva morantur
 Otia? quin subito tam mites imus ad aras,
 Et veniam scelerum turbatâ mente rogamus?
 Nempe patet cunctis ea gratia, nec solet ille
 Deserere afflictos, aut fronte repellere dura.

Hæc ubi scribentur sacris annalibus acta,
 Et natorum & qui nascentur ab illis,
 Scribunt jura tua, atque in religione manebunt.
 Scilicet haud similis noster DEUS ille Deastris
 Illorum est, quos cura hominum non attingit uls.

Quin

Quin imò attertis (nec somni conscius) oclis
 Despicit è sanctâ cælorum sede, paratus
 Solvere compedibus vinctos fractosq; catastis
 Jam morti addictos jucunda reddere vita.

Ut sint qui celebrent summi benefacta JEHOVÆ
 Invitentq; alios veri ad commercia cultus
 Cum festis agitant solemnia sacra diebus
 Et Solymæ ostentat magni fastigia templi.

Ast ego paulatim dilabi sentio vires
 Corporis, & tempus migrandi instare supremum.
 Ergo ne vis medio filum mihi perfida Clotho
 Abrumpat vitæ in statu? Ah DEUS optime, noli,
 Ah, noli in viridi me destituisse juventâ!

Te manet aternos vitæ inconcussa per annos,
 Tu terram pulcro firmâsti numine quondam,
 Tu cæli ingentes ingenti volvier orbe
 Limite jussisti: sed cælum & terra peribunt
 Tu canâ nunquam perpes tangere senectâ.

Ac veluti Divæ vulgarem ponere vestem
 Assolet, atque aliâ mutare splendidiori:
 Sic olim veterem mutabunt denique Cæli,
 Assumentq; novam, te permutante, figuram.

At tu, summe DEUS, mutari nescius unquam,
 Semper es, annorumq; vices non diligis ulla.
 Hâc sorte utetur soboles benedicta piorum,

Felix

Felix perpetuo, & vegeta radice perennis,
 Quae spe cum teneat, quid me jam macero frustra?

CXXX.

Ad te, magne DEUS, suspiro ex pectoris imis,
 Ut sis auxilio consilioq; mihi.
 Da mihi te facilem, da te mihi quasi benignum;
 Nec surda querulas negligito aure preces.
 Ah, DEUS, ah, lanci peccata appendere iuste,
 Si velis, ah, faciem quis pote ferre tuam?
 Peccavi, & densa scelerum premor undiq; turbâ,
 Vin' tu Justitia Gorgona terribilis
 Objicere, & sortem turpi me dedere noxa!
 Et potes, & par est ista mihi fieri.
 Mansuetum sed enim quoniam te comperi abunde,
 Et pronum culpas porricere Oceano:
 Nil jam despero, sed nitor amore paterno,
 Fortiter inclamans, Affer, ô, Affer opem.
 Nempe, soles lapsis ultrò succurrere rebus,
 Ut proprium ex omni hoc sit tibi parte decus.
 Et jam securus rerum, certusq; salutis
 Expecta certa gratiam opemq; fide.
 Nec mihi difficilem in nares mora conceiat iram:
 Expecta sacrum temporis articulum.

B

Ac

*Ac veluti custos per opaca silentia noctis
 Sæpe oculis cæli dextera signa notat.
 Ecquando roseo Titbonia surgat amictu,
 Et mundo aternam restituat faculam:
 Sic in connixio te lumine contuor unum,
 O DEUS an tandem prodeat auxilium!
 Discite Jacobida FORA spem ponere in uno,
 Unus quippe potest pro bonitate suâ
 Largiri veniam commissi criminis. Eja,
 Jacobida passis accipite hanc manibus.*

CXLIII.

A *V*di, quæso, preces, DOMINE, & patula aure
 (capesse
 Hos gemitus, lacrymasq; imo de pectore tractas,
 Annue, nec dubita, namq; hæc promissa fides est.
 O, si tu stricto velles procedere jure,
 Perierint homines, quotquot Sol aureus unquam
 Vidit, & aterna fuerint sacra victima mortis!
 Ecce tibi, gladio jugulum petit hostis acuto,
 Hei mihi, ut ingenti vi brachia tollit! ut ictu
 Me necet indubio, tenebrisq; addicat opertis.
 Hinc cura estrices, hinc spes incerta futuræ
 Exercent parvidam longo discrimine mentem,
 Quin

Quin comedunt tacitis fibras in pectore flammis.

Interea recolo mecum tua pristina facta
Solaturq; animum tam dives gratia, si fas
Tam miseris meminisse velis, iterumq; levare!

Hinc adeò pronus manibus tibi supplico junctis,
Tam cupidus presentis opis, quàm torrida lati
Terra imbris, rapido cui Sirius incubat astu.

Ah, dextram mihi porge tuam, porge ocyus, antè
Frigida se gelidus quam mors infundere membris
Audeat, & Stygias animam demittere ad umbras.

Respice me patrio, Pater optime, respice, vultu
Me miserum! si trux & inexorabilis ille
Manseris, ex templo migrabo ad Tartara caca.

O, propera, ô, letum leta capiam aure susurrum
Tandem, quo liber peccato dicar ab omni.
Hoc unum expecto, hoc avidis desidero votis.

Tum verò hoc altrum, noli mihi, quaeso negare,
Te ductore viam insistam, ne fortè labascam.
Duc me, ne sine te vestigia lubrica fallant.

Erue me laqueis, quos nexuit hostis acerbus,
(Solutus nempè pates) queis hæctenus in duperitus
Haud potui veri cultus te prosequi honore.

O, DOMINE, ô, duc me, ceu fert tua sancta vô-
Ne porrò impingã, ne porrò turpiter errem, (luntas,
Ne mihi vim faciat sceleratus & impius hostis.

Eja, ducem prabe sacri mihi flaminis auram,

*Quâ leni hanc miseram decurram tramite vitam,
Et pietate gravis, vitiisq; haud oblitus ullis.*

*O recrea! festum o recrea jam jam moriturum!
Ut celebrem magni splendorem nominis usque,
Iustitiaq; opera immensum spargenda per orbem,
Ah, pereant, qui me per vim rapiuntq; trahunt-
(que, &*

*Ni noceant aliqua, sibi viri verentur acerbum!
Ah, presta hoc serio, qui se tibi mancipat uni!*



VIR
CHRIS
I. P. No
Dom

VIR
CHRIS
I. P. No
Dom

IR
H

Nicamus, o
Phœbiq;
VRSNERE, f
Themido
Suda medull
Et alterum
Superare la. o.
Quo tempo
Athenus olim
ALBERT
Cingebar arm
Augusta W



εις γενεθλια

VIRI CLARISSIMI

Dn. CHRISTOPHORI GIRSNERI

REIP. NORIMB. à secretis secretioribus,

Domino & Amico meo eximio.



ITÆ DATORI, LUCIS AUCTORI

(DE O

TER- OPTIMO TER-MAXIMO

Hymnos canamus, concinamus

(gratias;

Pæana, quin epinicia

Dicamus, ô GIRSNERE, amicorum decus,

Phœbiq; lumen lucidum;

GIRSNERE, fax Parnassidum clarissima,

Themidosq; suave corculum;

Suadæ medulla: Septimum decies Tibi

Et alterum annum qui dedit,

Superare læto, tum valenti perbenè,

Quo temporis, frustrâ attamen,

Austerus olim celsa BERGÆ-NORICÆ

ALBERTUS ille Marchio

Cingebat armis mœnia atque milite;

Augusta WRATISLAVIA,

B 3

Ocel-

Ocellus Urbium, SILESIADŪM caput,
 Natale contigit solum,
 TIBI, quod bonis a vibus, benigno NUMINE
 Recolo lubens lætus volens;
 Aprilium luxit Kalendarum dies
 Quarta decima, ut verbo efferam,
 Hanc *nunc* beatam ortus Tui meritò colis
 Lucem; favente sidere.
 Nunc Cæcubum bibas; Falernū nunc vetus,
 Bibulo repostum consule,
 Promas, necesse: Veris hoc tempus nitet;
 Purpurea quo viola emicat.
 Verūm precamur, centies genethlia,
 Peragas, valens bellè & benè,
 Si Fata siriat, Fata dominantur fera,
 Mortalibus. Tunc carmina
 Vitæ Datori; Lucis auctori DEO
 Unà occinemus gratias.

*Boni omnis ergo gratulabundus
 admebam.*

Georgius Remus.

AN. S. clō. Ib. CXXIII.

F I N I S.

dum caput,
nigro NUMINI
lens;
a dies
effera,
i merito colis

nu nono vetus,
empis nitet;
ae.
perthia,
ne,
tera.

Remus
XIII

CLARISS.

DEGID

ACAD

NE PR

CLUT.

In. & A

De recupe

mun

CAS

M

ma fecant alij

Epenularg

Que mihi sunt n

(Hei!) ann

Harero, & copro

Mens sana i

A

77

